postumianus iste qui heri ori:
enti inferre festinat quasi
subtestibus consignata ab iste
accepturus est veritate Vix hec
me loquente gallo iam ad:
narrandum parato irruit fr:
ba monachorum Evagrius
presbiter aper sebastianus agri:
cola Et post paululum in:
greditur presbiter noster ethe:
rius cum calyppiano diacono
et amatore subdyacono po:
stremus aurelius presbiter dul:
cissimus meus longiore via
veniens anhelus accurrit
Quid vos inquam tam subito
et tam insperati tam ex diversis
regionibus tam mane concurritis:
Nos inquit hesterno cogno:
vimus gallum istum per totum
diem martini narrasse vir:
tutes et reliqua in hodiernum
diem quia nox oppresserat distu:
lisse Propterea maturavi:
mus frequens auditorium fa:
cere tanta materia locutu:
ro Interea nuntiatur multos
secularium stare pro foribus
nec ingredi audentes sed
ut admitterentur orantes
Tum aper: nequaquam inquit
istos nobis admisceri convenit
quia ad audiendum curiositate
potius quam religione venerunt
Confusus ego illorum vice
quos non admittendos esse
censebat: egre tamen obti:
nui ut eucherium ex vicariis
et celsum admitteret consula:
rem Ceteri sunt repulsi Tum
gallum media in sede com:
positum Cum iam diu nobili
sua verecundia silentium tenuisset
tandem ita exorsus est Con:
venistis inquit ad me au:
diendum et sancti et diserti
sed religiosas potius quam
doctas aures ut arbitror
attulistis audituri me fide
teste non oratoris copia
locuturum Que autem hesterno
dicta sunt non revolvam illa
qui non audierunt ex scriptis
recognoscent Nova postu:
mianus expectat nuntiaturus
orienti ne se in comparatione
martini preferat quod re: (occurrenti de p… gestit anim…)
fugerius in animo suggerit
explicari

Quod in carnotena gesta
est civitate Pater
filiam duodecenne ab utero